

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

paucissimis suis catholicis restauravit. Quare haec processio illo die prima vice praesente nobili ac strenuo D. *Maximiliano Saurer*, vicedomino inferioris Austriae, (D. praefectus propter infirmitatem suam adesse non poterat) sine ullo gravamine aut molestia civium bene peracta est. Quae postmodum a. 1592 per ipsam urbem maiori cum solennitate instituta est, licet magna cum difficultate tentata fuerit iuxta illud: Omne principium grave. Quantus numerus catholicorum in prima processione fuerit, inde patet, quod vix sufficientes personae praesentes fuerint, qui umbellam deferrent. Pone quinque vel sex personae sequebantur. Cantores antiquissimum illum hymnum „Pange lingua“ in figurali melodia praecinentes praecedebant. D. *Saurer* sibi quodammodo gratulatus est, quod primae huic processioni interfuerat. Hoc quidem tempore cives quietiores erant usque ad 27. Augusti, ut postea dicitur.

Inter hos tamen catholici ita vixerunt, ut tamen semper aliquid sinistri suspicarentur de civibus, praesertim clerici, et eorum adiuratis. Neque enim illis unquam hinc inde aut spaciari aut discurrere tutum videbatur.

30. Junii circa horam VI. vesperi tantus terrae motus fuit, ut totam inferiorem Austriam concusserit maximumque terrorem hominibus iniecerit ita, ut etiam campanas minores in turri *Waidhofensi* ad compulsus aliquot ictuum commoverit. De terrae motibus, qui eodem anno in mensi Septembri contigerunt, inferius intelliges sicut etiam de causis, ex quibus probabiliter crediti sunt extitisse.

Erdbeben.

(*Einsturz des Turmes der Jesuiten in München.*)

Eodem mense Aprili a Rmo. et Smo. Electore Coloniensi *Ernesto* vir bonus et sincere catholicus *Wolfgangus Huber* pro archigrammataeo *Waidhofium* missus est. Praedecessor enim lutheranus *Ioannes Biblius* propter religionem inde amotus est. Sed neque is in tanta civium perturbatione maxime in religione quicquam efficere potuit neque adeo diu hic perseveravit. Filium hic genuit, qui modo in Styria ad s. *Lampertum* in ordine bene et laudabiliter vivit, *Ioannem Hueberum* nomine, qui auctore et suasore Dr. *Fabio*, Priore Gartensi, ibidem professus est.

Waidhofen.

(*Tod des Erzherzogs Karl.*)

Circa haec tempora iam inde a mense Maio continui et maximi calores cum pari maxima siccitate terrae fuere, qui usque ad principium mensis Augusti per decem ferme menses duravere. In tantum vero terra exsiccata fuit, ut ubique maximas rimas, scissuras et aperturas acceperit et exhibuerit. Ut igitur maxima et longissima hiems niviumque nimia copia hiberna sata suffocavit, ita haec siccitas aestiva sata pleraque exsiccavit adeo, ut fere nihil crescere potuerit propter maiorem humorum inopiam. Ex hac siccitate diuturnisque caloribus aliud memorabile iisdem temporibus contigit. Nam altiores montes Styriam versus uti etiam in ipsa Styria prope *Cellas BMV.* aliisque pluribus locis incensi, alii omnino exusti sunt; alii vero cum maximo labore et periculo hominum a conflagratione conservati sunt. Hac ratione dum prope cohabitantes rustici, carbonarii et lignorum secatores silvam aliquam incensam animadverterent, antequam ignis maiora incrementa sumeret, magno numero concurrerunt atque una cum securibus ligonibusque ad silvas properarunt et a longe, ubi sine calore consistere poterant, arbores exciderunt et inde subtraxerunt et terra

Große Hitze.

Waldbrand.